



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ

Talamellus, Thomas

Ticini Regii, 1618

Tertii Tractatvs Rationalis Vtrivsqve Potestatis Ecclesiasticæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61615)

TERTII TRACTATVS RATIONALIS VTRIVSQUE

Potestatis Ecclesiasticæ.

*De obedientia Summo Pontifici Romano Vtroque modo
exhibenda.*

CAPVT PRIMVM.

Divus Pater Augustinus in Regula sua ad fratres suos Eremitas primo loco dicit, Preposito tâquam Patri obediatur: multo magis Presbytero, qui omnium vestrum curam gerit: at Summus Pontifex est Prepositus toti Ecclesiæ, & Summus Sacerdos, qui omnium Christianorum curam gerit, sicut egregiè docet B. Egid. noster Rom. dicens quòd vouet se redditurum rationem de omnibus sibi commissis, ergo Summo Pontifici obedire tenetur omnes tanquam Patri, cui filij non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus obedire debent, & solent.

Præterea grauis est offendere æternam maiestatem, quam temporalem, ut dicitur in Aut. sed rebelles ac contumaces Papæ offendunt æternam maiestatem, ergo obedire debent, minor probatur per Saluatorem, quòd vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. potest intelligi, siuè in bono, siuè in malo) mihi fecistis, & Lucæ, qui vos audit, me audit,

R 2 qui

*De illa
obedi
tione
quæ
requi
ritur
in
obedi
entia*

*B. Egi. Rõ.
lib. d. renũ
ciat. Papæ
c. 3. l. p. 6.
13.*

*Aut. C. de
hæret.
Mat. c. 25.*

cap. 10.

Clem lib. 4
tit. de He-
re. in Glos.
super cap.
ad nostrum
&c. talia

D. Io. Ap.

642.

1001.

2997.

B. Aug.

Anc. lib. de

pot. Eccl.

9. 42. ar. 3

Hester. c.

13.

25.

Philos. 12

222.

101. 972

qui vos recipit, me recipit, qui vos spernit, me spernit &c. Qua de re cum Summus Pontifex, non sit minimus, sed maximus, non vtiq̄ contem-
nendus est, & eo magis quia legitur in Clemen. Pec-
catum paganitatis incurrit, qui cum Christianum
se asserat, se apostolicæ obedire contemnit sedi, &
parum infra; cum igitur in Ecclesia triumphante
sit vnus Princeps supremus, cuius obedientiæ tota
ipsa Ecclesia perfectissimè est subiecta; scilicet Deus:
necessariò sequitur toti militanti Ecclesiæ vnum su-
premium Principem præfidere, nempe Papam, cu-
ius præceptis omnes obedire tenentur, & hoc est de
necessitate salutis &c. Hinc clarè colligitur qualiter
omnes fideles Papæ præcipienti obedire tenentur,
de iure diuino, ac humano, etiam contradicente qua-
cuque terrena potestate; cum Ecclesia militans ex-
plata diuinitus sit à triumphante, dicente D. Io. Vi-
di Hierusalem nouam, sanctam descendentem de
Cælo &c. *in modo diu iudicio no ob in nouer inu*
Præterea B. Aug. noster Anconitanus fundamen-
taliter dicit vniuersorum Domino obediendum est,
at cum Papa sit Vicarius Domini vniuersorum, ip-
si obedire necesse erit, maior probatur; Domine in
ditione tua cuncta sunt posita &c. & Psal. Domini
est terra, & plenitudo eius &c. & in corp. art. idem
B. Aug. probat per Philosophum dicentem, entia
nolunt malè disponi: ideo vnus Principatus, &
vnus Princeps. Princeps autem Supremus meritò
quidem est Dominus noster Iesus Christus, cuius

Vica-

Vicarius est ipsemet Papa. Ergo eidem obediendū est &c. & per Daniele[m], aspiciebam, & ecce in nubibus cœli, quasi filius veniebat, & usque ad antiquū dierum peruenit, & dedit ei potestatem, & honorem, & Regnum, & omnes Populi, & tribus seruiant ipsi: vbiq; autem est fons, & origo, ad quam omnia reducuntur, in talibus per præceptum inferioris, non tollitur obedientia superioris, siue superiori debita. Vnde Glos. dicit, si aliquid mandat Procurator, & aliud Præsul, obediendum est Præsuli, non autem Procuratori: Sic etiam dicit D. P. Aug. Accipiens illud D. Apostoli, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & damnationem sibi acquirit &c. ponēs itaq; obediendi ordinem, accipit illud exēplū de Præconsule, & de Imperatore præcipiētibus &c. dicens, magis obediendū esse Imperatori, quam præconsuli, &c. modo à pari, si aliud mandaret Papa, & aliud quævis alia humana, terrenaq; potestas, procul dubio potius obediendū esset Papæ, tanquā maiori præcipienti, non autem cæteris inferioribus potestatibus, & additur id, quod vulgo aiunt: Vbi maior, minor cessat: sed sine aliqua comparatione Papa, seu Summus Pontifex omnibus alijs Principibus dicitur, & est maior: ergo eidem principalius obediendum est &c. sequitur idem Beat. Augustin. eadem quæst. eodemque artic. dicens, Verum est quod iustitia per fidem Christi est confirmata, non autem extirpata; ex eo quia ad rem, dicit D. Apost. omnis Potestas à Domino Deo est

ad Rom. c. 13.
D. P. Aug.
li. de Verb.
Domini se
cūdū Mat.
serm 6.
Apost. ad
Rom. c. 13.

communis
animi com-
ceptio

Apost. ad
Rom. c. 13

D. Th. 2. 2.
q. 39. ar. 1.
ad 2. arg.

art. 2. in
corp.

Cōparatio
infidelita-
ad Schif-
ma.

by. Ro. &
1. 2. mod.

est & c. idem sicut Papa debet esse omnis Iustitiæ ob-
servator, & omnium Principatum institutor, sine
quibus Iustitia minimè servari posset. Ita ipsi Papæ
primo obediendum est; cum sit cunctarum aliarum
dignitatum principalis institutor: idcirco ad rem ad-
ditur etiam ad mentem D. Thom. Non obedire Præ-
ceptis cum rebellionem quadam constituit rationem
Schismatis. Dico autè cum rebellionem, cum pertinaci-
ter præcepta, & iudicium eius, nempe Papæ con-
temnuntur (ut dicitur in Corp. eiusdem art.) subire
recusati; Vnde idem D. Thom. eadem quæst. com-
parans peccatum infidelitatis ad peccatum Schisma-
tis, dicit, peccatum infidelitatis esse gravius peccato
Schismatis: quia maiori bono cōtrariatur sicut pec-
catum contra Deum, & contra proximum, primum
est contra Deum, secundum quod est in se prima ve-
ritas, cui fides innititur; Schisma autem est cōtra Ec-
clesiasticam vnitatem, quæ est quoddam bonum
participatum, & minus quam ipse Deus. Vnde ma-
nifestum est peccatum infidelitatis ex suo genere ef-
se gravius, quam peccatum Schismatis; licet contingere possit, quòd aliquis Schismaticus gravius pec-
cet, quam infidelis, vel propter maiorem contemp-
tum, vel propter maius periculum, quod inducit,
vel propter aliquid huiusmodi &c. & sic hæc ultima
particula maximè facit contra rebelles, & inobe-
dientes Papæ. Ob id promptius, & libentius omnes
homines eidem obedire deberent, ad evitanda huius-
modi, & alia damna, tam spiritusalia, quam tempo-
ralia:

ralia: quia obedientia perfecta tentat implere: quod
dammodo impossibilia, vt optimè dicit, & docet B.
Egid noster Rom. ergo multo magis debent tempo
ralia, & secularia, quæ sunt facilia, non autem im
possibilia obedientiæ Summi Pastoris supponere
iugo &c.

B. Eg. Rō.
2 sūt dist.
44. q. 2. ar.
3 d. ibi late
rati ad 2.

Præterea B. Aug. noster Anconitanus fundamen
taliter probat, omnes Christianos teneri magis obe
dire Papæ, quam proprijs Dominis temporalibus:
ex eo quia, sicut commune bonum præponendum
est particulari hono: ita à pari Papa, cum sit com
munis omnium Dominus, sic communiter præom
nibus alijs, omnes fideles magis tenentur obedire
ipsi Papæ, quam proprijs Dominis temporalibus
&c. Vnde in Corpore eiusdem articuli idem docet
modos obediendi diuersis dominis. Primo namque
modo quantum ad interiorem voluntatis motio
nem, Homo soli Deo teuentur obedire, omnis ani
ma potestatibus sublimioribus subdita sit, in quan
tum superiores sunt potestates, eisdem obedientia
præstatur: planum est autem, quòd Homo in moti
bus voluntatis, nullum habet superiorem, nisi Deū
&c. ideo dicitur, audiam quid loquatur in me Deus
meus &c. Secundo modo quantum ad totius Reli
gionis Christianæ conuersationem, omnis Christia
nus tenetur Papæ obedire: quia ad ordinandū quan
tum in Religione Christiana cauendum sit, nullus
est superior ipsi: cum sit medius inter Deum, &
populum Christianum, de Moyse loquentes filij
Israel,

lib. de Po
test. Eccl.
q. 22. art 4

diuersi mo
di obediendi
diuersis do
minis.
Glos. D. P.
Aug. sup
illud ad
Rom. c. 13.

Psal. 84.

Exod. c. 24

Israel, dixerunt omnia, quæ locutus est nobis do-
 minus, pro te faciemus, & erimus obediens & o-
 sic omnes viuentes in Religione Christiana, dicere
 debent ipsi Papæ (& quod melius est facere) tam
 Domini, quam serui, Clerici, Laici, &c. Tertio mo-
 do quantum ad corporis naturalem operationem :
 ut est corporis sustentatio, & prolis generatio (sup-
 ple, ex legitimo thoro) homo nullum habet superio-
 rem; sed in talibus omnes homines sunt æquales; &
 ideo seruus nulli tenetur obedire Domino præcipie-
 ti, quod non comedat, vel quod nō contrahat. Quar-
 to modo, quantum ad corporis exteriorem admini-
 strationem temporalem, homo tenetur obedire diuer-
 sis Dominis, secundum quod per exteriorem admi-
 nistrationem corporis diuersos superiores habere
 potest; magis enim tenetur Naua obedire Guber-
 natori Navis in Nauali Regimine, quam Papæ: cū
 in tali arte magis subiiciatur gubernatori navis, quā
 Papæ &c. Ita à pari Homo Christianus in his, quæ
 spectant ad Dominium Papæ, magis tenetur obedi-
 re ipsi, quam alijs præcipientibus; cum Papa verum
 Dominium tam spirituale, quam temporale habeat,
 atque vniuersalem curam (vt satis copiosè proba-
 tum est in præcedenti secundo tractatu) & sic Cu-
 stodi, & Gubernatori Navis Christi, & Petri obe-
 diendum est &c.

B. Aug.

Anc. ar. 1
 in corp. e-
 iusdem.

Præterea idem B. Aug. Anconitanus eodem lib.
 eademq; quæst. a pertissimè docet, & declarat ea, in
 quibus homo Christianus non tenetur obedire Pa-

p.

pæ, & si præciperet talia. Dicit ergò, quæ præcipit
 Papa vel sunt de iure diuino, vel naturali, vel positi-
 uo, quæ sunt de iure diuino, non est obediendum
 Papæ si aliquid mandaret, seu præciperet contra ip-
 sa, vt si præciperet, quòd aliqua creatura, honore
 Patriæ honoraretur, vel adoraretur, vel quòd nomen
 Dei in vanum assumeretur, & sic de alijs &c. sic eti-
 am dicit B. Egidius noster Rom. & dat exemplum de
 Patre præcipiente Filio aliquid contra Deum, cui
 Patri filius nullo pacto obedire tenetur, imò valde
 resistere &c. vnde cum Papa sit, & dicatur omni-
 um Christianorum pater. Ergò &c. Si autem præ-
 cepta Papæ essent contra ius naturale, vt furari, for-
 nicari, innocentem occidere, vel quòd homo matri-
 monium non contraheret, vel non manducaret, &c.
 in similibus Papæ non est obediendum, etiam si præ-
 ciperet &c. Si verò præcepta Papæ essent contra ius
 posituum, quod ab ipso Papa dependet, vel per im-
 mediatam editionem, vel per confirmationem, vel
 approbationem: vt est ius ciuile; tunc sicut eiusdem
 Papæ est omnia præcepta iuris positiui condere, con-
 firmare, & interpretari: ita eiusdem est, omnia tol-
 lere in toto orbe terrarum, vel in parte &c. sic in ta-
 libus eidem Papæ obediendum est; secundum quòd
 ipse mandat, vel mandaret, etiam si mandaret ali-
 quid contra tale ius posituum, vel aliter interpre-
 taretur, quam scriptum sit, & obediendum esset
 ipsi tali modo, & ordine præcipienti; cum ergo Pa-
 pa aliquid præcipit non contra ius tale, sed secundum

modi nõ e-
 bediendi.

D. Eg. Rõ.
 2. sent. d.
 44 q. 2 ar.
 3. dub. lat.
 ad 1. arg.

S. idem

De hac Ec-
clesiæ libert.
infer. abū-
dantius di-
citur.
Tract. 5.
Sepe acci-
dit ipsis in
surg. q. uul-
gō dicitur;
uolētes eni
tare cherib
dim. i. cidūc
in. syllam.

idem vis, pro defensione propriæ auctoritatis, siue facultatis, libertatisq; Ecclesiasticæ, contra quam sæpè, ac sæpius multi insurgunt populi absque vlla ratione, non considerantes, atq; attendentes dictam libertatem Ecclesiasticam antiquis temporibus fuisse concessam, præceptam, accerrimèq; protectam, tanquam iustam, laudabilem, atq; honestam, vt patet inter D. Syluestri Papæ decreta, præcipuè, ne clericus dicat, vel dicere possit causam suam apud laicū iudicem, qui in clericos, vel contra eosdē causam acciperet, minimè se intromittat &c. sicque D. Thomas Martir Episcopus Cantauriensis, pro eadem libertate Ecclesiastica tuenda fortiter dimicauit, & potius martirium, ac mortem sustinere voluit, quam dimittere huiusmodi libertatem Ecclesiasticam &c.

admonitio
adinobediē-
tes
Dent. 6. 32

cap. 9.

Nulla ergo adest resistendi ratio, & causa &c. Videant ergo similes Populi inobedientes seu cōtumaces, ne de ipsis verificetur illud Moyſis dictum, in-
crassatus est dilectus, & recalcitrauit, in-
crassatus, im-
pinguatus, & dilatatus, derelinquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo &c. & in Actibus Apostolus Saluator Diuum Apostolum Paulum, tunc Saulum admonuit, dicens, durum est tibi contra stimulum calcitrare, & sic præsentī capiti finem imponimus.

CAPVT SECVNDVM.

In quo auctor sequitur agere de eadē obedientiæ materia.

BEatus Augustinus noster Anconitanus eodē lib. de Potest. Ecclesiast. fundamentaliter probat eandem obedientiam Summo Pontifici Romano, siue Papæ præstandam. Nam Papa toti Præst Ecclesiæ Vice Christi, qui habet plenā iurisdictionem super omnem creaturam, iuxta illud D. Apost. in nomine Iesu omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum &c. & Matth. Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra &c. & Glos. super illud Psalmi Dominabitur à mari usq; ap mare &c. Vide ergo quam sit latum Christi regnū. Id est à quolibet sine terræ, vsq; ad quēlibet finē &c. ac si diceret dominabitur toti orbi simpliciter; at nullus potest se subtrahere ab obedientia eiusdē de iure, sicut nullus potest se subtrahere ab obedientia Dei, sic nec Christi, nec eiusdem Vicarij: quia sicut Christus à patre recepit ducatum, seu regnum, & sceptrum Ecclesiæ super omnem principatum, & potestatem &c. sic etiam communicauit ipsi Petro, & successoribus suo modo, vt dicit D. Cyrillus Alexandrinus; ergo obedire ipsi Papæ quilibet tenetur: eo magis quia dicit D. P. Aug. omnis inobedientia culpata, & per inobedientiam captiui facti sumus.

Præterea Pagani, seu gentililes, & cuncti infideles non possunt se subtrahere ab obedientia Papæ; ergo

S 2 multo

q. 23. ar. 1.
Apost. ad
Philip. 2.
Mat. c. 28.
Ps. 71.

D. Cyrill.
Alex. lib.
Tessaur.
D. P. Aug.
in Ps. 70.

B. Aug. An
son. lib. de
pot. eccl. q.
23. art. 1.
ad 3. asg.

S. Aug. li.
de vera Re-
lig.

Pulchra
quæst.

multo minus fideles per regulam logicalem, a mi-
nori ad maius, & probatur assumptum per B. Aug.
Anconitanum dicentem, distinguendum esse sic,
esse de Ecclesia potest intelligi tripliciter: primo mo-
do de iudiciaria potestate, & sic oēs sunt de Eccle-
siastica potestate, tam boni quam mali, fideles, &
infideles: quia sicut omnes habent vnum Deum, sic
omnes de iure debent habere vnum Pastorem, vicem
Dei gerentem, & sic patet quomodo infideles, obedi-
re tenentur dicto Dei Vicario &c. cum sint de sua
iudiciaria potestate. Secundo modo imitatione, &
voluntate, & sic soli fideles, & boni sunt de Eccle-
siastica potestate Tertio modo occasionaliter fru-
ctuosa utilitate, & sic omnes Pagani, & infideles
possunt dici etiam de Ecclesia: dicit enim D. P. Au-
gustinus, quod Catholica Ecclesia per totum or-
bem longè latèque diffusa, omnibus vitur ad pro-
fectus suos: nam vitur Paganis, & gentilibus ad
materiam operationis suæ: Hæreticis ad probatio-
nem doctrinæ suæ: Schismaticis ad documentum sta-
bilitatis suæ: Iudæis ad comparationem puichri-
tudinis suæ: omnibus tandem gratia Dei partici-
pandæ dat potestatem, siue illi formandi fide, vt
Pagani, siue reformandi sicut Hæretici, siue in-
telligendi, sicut Schismatici, siue admitiendi sicut
Iudæi. Clareret ergò quomodo omnes sunt de Ec-
clesia, & tenentur obedire Papæ principali eius-
dem Capiti, & præcipuè omnes Christiani; quo-
circa optimè dicebat D. P. Augustinus, primus ho-

mo

mo positus in Paradiso sub præcepto audivit a domino Deo, noli (inquit) tangere hanc arborem, quid est enim illa arbor? si bona est, quare non tango? si mala est, quid facit in Paradiso? profusus in Paradiso est: quia bona est: sed nolo eam tangas, quare non tango? quia obedientem te volo, non contradicentem serue audi, adhuc serue, sed noli malè seruire, serue audi prius domini iussam, & tunc iubentis disce consilium. Bona est arbor, nolo tangas, quare? quia dominus sum, & tu seruus, hæc tota causa est, si parua est, dedigneris esse seruus: quid autem tibi expedit, nisi esse sub domino, quomodo eris sub domino, nisi fueris sub præcepto, & parum infra eodem sermone dicit, necesse ab aliquo prohibendus eras, non propter illius arboris malitiam: sed propter tuam obedientiam, non petuit Deus perfectius demonstrare, quantum bonum sit obedientia nisi cum prohibuisse ab ea re, quæ non erat mala, in qua obedientia tenet palmam, & sola inobedientia inuenit pœnam, bona est: sed nolo tangas, bona est: sed melior est obedientia, & inobedia te morti subiecit &c. Ita ad rem nostram, verita à Sum. Pont. & si inobedientibus, vsurpantibus videantur bona pro ipsis, vt vsurpare, & impedire liberat in Ecclesiasticam, nec non perionas Ecclesiasticas: intuper & iurisdictionem Ecclesiasticam perturbare, quouis modo directè, vel indirectè molestia afficere: tamen abstinere debeat

S. Aug. l.
de ver. d. d.
in D. Luc.
ser. 34.

notab. dicit.

pulcher. do
S. S. Au
gustini.

*Conc. trid.
sess. 13 c. 7*

*Conc. Trid.
sess. 25 c.
20.*

Matt. 9.

*D. P. Aug.
ad frat. in
Her. ser. 4*

beat, & omnino non tangere ea, quæ verè, & iuste
vetita sunt ab ipso Summo Pontifice. Quoniam, ut
dicit supra immediatè D. P. Aug. obedientia tenet pal-
mam, & inobedientia inuenit penam, idest mortis:
quia dicit, inobedientia morti te subiecit: ideo, dicit
etiam melior est obedientia, videlicet omnibus alijs
&c. idcirco Sacrum Concilium Tridentinum me-
ritò Pontifices Maxim. pro suprema potestate sibi
in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas crimi-
num grauiores suo potuerunt peculiari reseruari
iudicio &c. En ergo præcipiendi summa potestas,
quæ quidem proculdubio semper (tamquam suum
correllatiuum) respicit subditorum obedientiam, cū
dicat idem Sacrum Conc. Trid. eadem sessione, &
capite in principio: quoniam igitur natura, & ratio
iudicij illud exposcit, ut sententia in subditos fera-
tur &c. at omnes, præcipuè Catholicos subditos co-
gnoscit (ut patet eodem Sacro Concilio Trid. ergo
omnes tanquam veri subditi obedire debeat, & tenè-
tur principali Ecclesiæ Capiti, à quo secūdum quòd
præcepta exeunt, pro tēporis necessitate ac congruē-
tia, nec audire debent quouis pacto, & prætextu ad-
uersantium cauillationes, sophismata, atque diabo-
licos laqueos, dicente D. N. Iesu Christo, estote pru-
dentes sicut Serpentes, & simplices, sicut Colum-
bæ &c. Serpentes namque (ut communiter aiunt)
totum corpus flagellis exponunt pro capitis defen-
sione, & salute, præcipuè idem docet D. P. Aug. ad
Fratres in Eremo, vbi idem diffusè declarat, ac do-
cet

cet addens de prudentia quod ipsa docet quid fugiendum sit, & quid tenendum &c. sic ad rem nostram &c. & simplices, sicut columbæ sine malignitatis felle: nunc autem caput nostrum, non solum est ipse Christus: sed etiam eiusdem Vicarius: pro quo, & non contra, vnusquisque fidelis pro viribus pugnare debet.

Præterea D. Thom. sic docet, quicumque facit contra debitum iustitiæ mortaliter peccat, pertinet autem ad debitum iustitiæ, quod quis suo obediat superiori, in his ad quæ ius Prælationis se extendit, at Summus Pontifex est supremus superior, & ius Prælationis eiusdem se extendit ad omnia quæ iam dicta sunt superius. Ergo recusantes eidem obedire, peccat mortaliter, &c. cum sit vniversalis superior, & iudex, corroboratur eadem ratio à Paulo nostro Frassinello Bononiensi in suo libello de Sacerdotum obligationibus ad missas pro alijs ex iustitia celebrandas de mente D. Tho. dicentis, quod id quod est in re graui contra iustitiam est peccatum mortale. Nam illud quod est contra charitatem, quæ est vita animæ, est peccatum mortale. Sed facere contra iustitiam, est contra charitatem; quia facere iniustum, est alteri nocumentum inferre: quodcumque autem nocumentum alteri illatum charitati repugnat, ergo facere contra iustitiam in re graui, vt aduersatur charitati est peccatum mortale, subinfertur minor; sed non obedire Summo Pastori est facere contra iustitiam, & consequenter contra charitatem: ergo est peccatum mortale. Idcirco idem Paulus Bononiensis in Exordio eiusdem

D. Tho. 2.
2. q. 69 ar.
1. in corp.
art.

Paulus
Bononiensis de sacer
dotum obli
gationib.
ad missas
fundamen
to 8.

D. Th 2. 2
q. 59. ar. 4.

eiusdem libelli satis abundè laudat obedientiam exhibitam, & exhibendam Prælato à subditis, habenti iurisdictionem. At Papa summam habet iurisdictionem inter omnes principaliter; ergò eidem semper obediendum est, idcirco idem Paulus eodem libello, ponit Papam in primo loco, & Imperatorem in secundo, & sic de singulis, ergo Papæ tanquam maiori omnibus alijs, maior obedientia ab omnibus iure optimo est exhibenda.

*fundamēt.
5. de fruct.
missa in 1.
fructu.*

*Int. de inf.
& iur. s.
iur. prac.*

*ff. de de re.
C l Pomp.*

*ff. de iust.
& iur. s.
l. 1 ex phil.
1. Eth.*

*Egi. Rom.
1 sen. d. 37
art 3
philos. 12.
met.*

Præterea iuris præcepta sunt hæc, honestè vivere, alterum non lædere, ius suum unicuique tribuere; at inobedientes, non viuunt honestè, supremum superiorem, ac Dei Vicarium spernentes, offendunt iustitiam, obedientiam mandâtem, & ius obedientiæ Summo Pont., cui primo obedire tenentur, ergo idem quod supra: quia quod semel approbatur non debet reprobari: modo cum omnes Christi fideles, non semel tantum: sed pluries approhauerint, obedientiam Summo Pontifici Romano esse præstandam, ergò obedire debent sub pœnis superius tactis &c. Confirmatur: quia ius est ordo equi, & boni, cuius merito, quis nos Sacerdotes appellat, bene annunciat nobis bonum, quod omnia appetût: idcirco omnes obedire debent Summo Pontifici Romano propter bonum ordinis, qui est bonum, post bonum Ducis, quod est bonum primi, vt dicit Egidius noster Rom. de mente Philos. & sic per inobedientiam perditur idem bonum, & turbatur idem ordo; ergo melius est obedire &c.

Præterea

Præterea corroboratur: quia omne promissum de iure est debitum; sed omnes Christiani summo Pontifici obedientiam promiserunt: præsertim in receptione sacri baptismatis; dicentes abrenuntio Sathana, & omnibus operibus eius, inter quæ inobedientia connumeratur: quod patet expressè de primis nostris Parentibus diabolico consilio adherentibus, & assentientibus, nequaquam moriemini: sed eritis sicut Dij scientes bonum, & malum, &c. ergo virtute promissionis sacramentalis, omnes Christiani obedire tenentur Summo Pastori Romano, & confirmatur: quia obligatio est mater actionis; At, cum omnes fideles iam sint obligati obedire per eorum promissiones, ut supra. Ergo talis obligatio debet esse mater actionis obediæntialis &c.

Præterea peius est malè credere, quam nullo modo credere, hoc stante fundamento, peioris conditionis videntur esse ipsi Papæ male credentes, se non teneri, & nolentes obedire, quam Paganis, seu gentilibus, nullo modo credentes, fides enim sine operibus mortua est, dicit D. Iacobus Apostolus, & D. P. Aug. superius si peccauerit in te frater tuus &c. si Ecclesiæ &c. si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus, &c. Ethnicus gentilis est, gentilis autem est ille, qui Christo non credit. Videant ergo inobedientes Summo Pontifici eorum operum prauitatem, siuè pertinaciam; & sic ne malè dicantur credere, & sint peiores Paganis Gentilibus melius erit promptè obedire.

T Præte-

C. de suff. l. unica rub. & instr. de verb. obl. in prin. l. i. ff. de pact. iux. l. nomin. C. de transf.

ex c. i. c. 1. c. 1.

Instr. de act. in prin. & ff. de proc. l. licet § ea obligatio.

l. si steriles § cū pced. ff. de act. em. pt. in glo. si videtur.

Ep. Cā c. 2. D. P. Aug. Hom. 28.

Pf. 19.
Pf. 124.

Philosop.
8. Physic.
tex 7.
Pf. 35.

4. Physic.
tex 49.
Paulus

Ven 2
Physic 9.
super tex.
27.

Philosop.
2 Phy. te-
xt. 3. & 3
Phy. text.
1.

Præterea. Dicitur est supra, obligationem esse actionis matrem, de mente Iuris Consultorum. Hoc idem sic dicitur prævidisse spiritus sanctus dicēs, ipsi obligati sunt, & ceciderunt; nos autem surreximus, & cretati sumus: quoniam dicitur etiam, declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem, pax super Israhel: at quoniam inobedientes Summo Pontifici nolunt recognoscere obligationem, esse matrem actionis obedientialis, & realiter obedire: ut obligati sunt. Ideo contra ipsos verificatur illud Psalmi ceciderunt, videlicet, in peccatum, & Dominus adducet declinantes, id est inobedientes, cum operantibus iniquitatem: eo magis, quia dicit Philosophus peccat voluntarius sciens: quoniam è contrario videtur scientia, sicut ipsi inobedientes, obligati obedire, peccant voluntarij, & è contrario videntur scientia, & nolunt intelligere: ut bene agant &c.

Præterea obedire Summo Pontifici natura ipsa, & rerum naturalium pulcherrimus ordo docet. Nam Philosophus & Paulus Venetus ita etiam dicit, & docet, superius se habet ad inferius, ut forma, seu actus ad materiam, ut aer respectu aquæ, aqua enim potentia est aer, & unde si naturaliter inferius non obediret superiori elemento, non esset utique in potentia ad ipsum &c. sic de alijs rebus, natura enim est principium motus ut ait Philosophus, ita subdit tanquam inferiores à natura discere debent obedientiam præstandam Summo Pontifici, qui est, velut altera

natura

natura principium motus regulati per obedientiam &c. Vnde & si aliter suadeatur, ab aduersarijs veritatis: vti debent tamen regula tradita ab eodem Paulo nostro Veneto in sua logica parua, ad omne in pertinens, respondendum est, secundum sui qualitatem. Id est si est verum, concedendum est: si autem est falsum, negandum est: sed iam satis clarè constat, & patet per dicta, & dicenda, falsam esse talium doctrinam, ergo semper rationabiliter neganda est.

Præterea B. Egidius noster Rom docet magis meritorium esse obedire homini propter Deum, quàm soli Deo: quia ille est plenè & magis Domino subiectus, qui etiam vilibus personis propter Dominum se subiecit, nec Papa est deterioris conditionis, quam alij: immo est maioris perfectionis, quasi incòparabiliter, cum sit super omnes alios, & non pertinet ad eum obedire alijs hominibus: quia pluribus seruit suo modo, quam omnes alij: cum sit seruus omnium Dei seruorum, D. Apostol. dicit Hos autem seruos vestros propter Iesum &c. ergo omnes fideles obedire debent Summo Romano Pontifici: non solum propter maximum peccatum vitandum, sed etiam propter maius meritum, & consequenter præmium acquirendum, seu obtinendum, vt satis expressè patet ex dictis.

Præterea D. Thom. dicit, obedientia omnibus sacrificijs præfertur, scilicet ante fertur secundum illud Reg. melior est obedientia, quam Victimæ, & ideo conueniens fuit, vt sacrificium Passionis Christi, ex

Paul. Ven
tract 5. c.
de oblig.
Reg. 7.

Egid Rom
quol. 3. q.
6.

Ad Corin
2. c. 4.

D. Th. 3. p.
q. 47. ar. 2
in cor. art.
c. 15.

obediencia procederet, & ad secundum argumen-
 tum eiusdem art. obedientia, & si importat necessi-
 tatem, respectu eiusdem, quod præcipitur: tamen
 importat voluntatem respectu impletionis præcepti,
 & talis fuit obedientia Christi, qua nobis reliquit
 obediendi exemplum, ergo obedire est quodam-
 modo Deo sacrificare, & sic dnm Summo Pontifi-
 ci Romano obedientiam præstamus, Deo sacrifici-
 camus. Vnde optimè dicit Gabriel noster Ancou-
 tanus in suis sermonibus Quadragesimæ, accipi-
 ens illud Salvatoris, Non omnis, qui dixerit mi-
 hi Domine, Domine intrabit in regnum cælorum,
 sed, qui fecerit voluntatem Patris mei: & parum
 infra eodem loco, secundum illud D. Apostoli, serui
 obedite Dominis vestris carnalibus cum timore, in
 simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculo-
 rum seruientes, quasi hominibus placentes: sed, vt
 serui Christi facientes voluntatem Dei: sed Sūmus
 Pontifex non solum est Dominus spiritualis: sed et-
 iam temporalis, vt probatum est. Ergo necessariò
 necessitate salutis eiuem obedire oportet, & Seba-
 stianus noster Fanensis in sua institutione Christiana,
 Quinque bona facit obedientia de mente D. Grego-
 rij dicentis, si obedientes fuerimus Præpositis no-
 stris, obediet Deus orationibus nostris, & de mente
 D. P. Augu, e tius exauditur vna oratio obedientis,
 quam decem millia contemptoris: ex eo, quia obedi-
 entia seruum Dei facit, non omnis qui dixerit mihi Do-
 mine, Domine intrabit in regnū Cælorum, &c. & de
 mente

Io. 13.

Gab. Anc.
ser. 3. 1. Dō.
ip ser.

Mat. c. 7.

ad Eph. c. 6

Seb. Fanē.
in inst. chri-
stia. li. 0. c.
obedien.

D. Greg.

Mat. c. 7.

mente D. Apostoli Iudæ Epist. 1. arguentis negantes Dominum nostrum Iesum Christum dominatorem, & de mente D. P. August. dicentis, hæc sola, scilicet, obediētia, soluit, quod illa ligauerat, vt prolem, quam inobediētia sui morte damnauerat. Hęc per obediētia vitam restituat &c. ergo melius erit Summo Pontifici Romano Dei vicario parere. Hinc Adeodatus noster de mente D. P. Aug. 12. de Ciu. Dei, docet, piam obediētia facere homines transire ad Angelorum consortium, & inobediētia ad mortem & ad diabolicum consortium, & de mente eiusdem D. P. Aug. de verb. Domini secundum Matt. obediētia debetur, vt quod iussum est impleatur &c. ergo optimū est obedire, sicut pessimum est non obedire.

ap. iud. Epist.
D. P. Aug.
de symb. ad
Cath.

Adeod. de
pēibil. se. 3.
3. dom. qua.
in Matt. c.
18. uisit nō
audi. dic. 1.
S. Aug. Ci.
Deic. 21. l.
12.
Ser. 15. de
ver. dominū

CAPVTTERTIVM.

In quo Author sequitur agere de eadem obediētia
nouas adducens rationes.

BEatus Egidius Rom. regulatum debet semper suę regulę conformari, at diuina voluntas est omnium regula, ergo cætera tanquam regulata debent eidem regulę conformari &c. & sic ex ordine vnius ad aliud vti effectus ad causam, vt participas ad id, quod est per essentiam: ita sumus nos comparati ad Deum, & sic debemus conformari eidē &c. Dñs Alphonsus nř Toletanus dicit, quilibet homo potest vti suo libero arbitrio, & sub peccato tenetur ad talem conformitatem proprię voluntatis ad
diuinam

B. Egid. Rom.
1. sent. d.
vl. q. 1. ar.
1. 2. 3.

Alph. Tolet.
tan. 1. sent.
d. vl. q. 1. ar.
2. in corp.
concl. 4.

*D. Ansel-
mus li. cur
Deus, &
homo c. 12*

*Ps 61.
Aplicatio
auctoris.*

*Thom. ab
Arg. 1 se
& d. ult. q.
1. art. 3.*

*D. Apost.
ad T. sal.
6.4.*

*Greg. Ari-
m. 1. sent.
d. ult. qu. 1.
art. 1.*

*Gerardus
sen 1 sent
d. ult. q. v.
n. ca.*

diuinam voluntatem, habita sufficiente noticia, de ea dem diuina voluntate: quia dicit D. Anselmus, volū- tas rationalis creaturæ subiecta debet esse Dei volun- tati, ergo conformis, &c. additur etiam, quod dicitur Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.

Præterea Thomas noster Argentinensis, funda- mentaliter dicit, omnis homo tenetur obedire Deo, ergo quilibet homo tenetur conformare voluntatē propriam diuinæ voluntati, quilibet enim tenetur velle esse sanctus; dicente Saluatore, sancti estote: quoniam ege sanctus sum: sic etiam dicit D. Apostolus, voluntas Dei est sanctificatio vestra. Ergo quilibet Homo tenetur sequi eandem conformitatem pro- priæ voluntatis ad diuinam, quæ vult, & præcipit, vt suo Vicario vnusquisque singularem obediē- tiam præstet.

Præterea Gregorius noster Ariminensis, sic dicit quilibet Homo tenetur obseruare quodlibet diuinū præceptum tam affirmatiuum, quam negatiuum, iux- ta illud Saluatoris Matth. c. 19. si vis ad vitam ingre- di, serua mandata; ergo necessaria est ad salutem con- sequendam eadem conformitas voluntatis nostræ ad diuinam &c. Diuina autem voluntas vult, vt sibi obediamus, suoque Vicario, ergo &c.

Præterea Gerardus noster Senensis, ita etiam di- cit, voluntas humana debet se conformari diuinæ vo- luntati, in quatuor, ex quibus pendet rectitudo vo- luntatis nostræ, primo in obiecto voluto, quod est bonum,

bonum, secundo in modo volendi, ut actus informa-
tus sit gratia, & charitate, tertio in fine, ut puta quod
voluntas nostra intendat eundem finem, quem Deus
intendit. quarto in subsequendo, debemus enim se-
qui eandem diuinam voluntatem &c. ergo iam dicta
conformitas voluntatis nostræ ad diuinam est ma-
ximè necessaria.

Præterea D. Bonaventura, similiter dicit, volūtas
humana potest, & debet se conformare diuinæ volū-
tati, per similitudinem ad actum, ad obiectum, & ad
finem, quem Deus intendit auctoritate D. Apostoli
dicentis qui adheret Deo vnus spiritus efficitur cum
ipso, non per vnionē naturæ. Ergo per conformitatē
voluntatis, adherentis, & Saluatoris, omnis, qui facit
voluntatem patris mei, ille frater meus, soror, & ma-
ter est. Ad charitatis actum, ad obiectum, quod vult
Deus, & ad finem, quem intendit Deus, salutem ani-
mæ similiter &c. ergo ista conformitas est valde ne-
cessaria; & sic necessario, nedum Deo, verum etiam e-
iusdem Vicario oportet obedire &c.

Præterea Thadeus noster Perusinus super Isaiã
Prophetam idem dicit, & docet de conformitate,
Saluatoris dicentis, Ioannem c. meus cibus est: v. fa-
ciam voluntatem Patris mei &c. ergo necessaria est
Christo conformitas, volūtatibus humanæ ad diuinã.

Præterea Petrus n̄ de Arag. idem videtur asserere
dicens, bonū morale cōsistit in recto ordine circa suū
vltimum finem &c. ergo idem sequitur, quod prius.

Præterea B. Simon n̄ de Cassia lib. 1. de Relig. chri-
stiana

D. Bonav.
1 sent. d.
ult. art. 1.
1. Cor. c. 6.
Matt. c. 12.

Thad. Per.
in Isa. cap.
53. verb.
voluntas
Domini in
manu eius
dirigitur.
Petrus
Arag. lib.
de iust. &
iure q. 60.
art. 4.
not. 2.

Cyp. 24. Christiana dicit, secundum illud Psal. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me; & illud Saluatoris, seruus sciens voluntatem Domini, & non faciens, vapulabit plagis multis. En igitur satis probata necessitas conformitatis nostrae ad diuinam voluntatem, & sic ex omnibus positis tutissimis fundamentis, de facili, deducitur, & probatur obedientia Summo Pontifici Dei Vicario, necessario exhibenda. Nam Dei voluntas est, ut fideles suis obediant prelati, & praecipue Summo Pontifici: dicit, namque ad rem D. Apost. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. quocirca, cum inter omnes sublimiores potestates, suprema sit, Summi Pontificis potestas: ergo per conformitatem voluntatis nostrae ad diuinam, omnes tenentur obedire Summo Pastori sub pena aeternae damnationis, dicente eodem D. Apostolo, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & damnationem sibi acquirit, & sic melius erit obedire eidem Summo Pontifici ad salutem consequendam, & ad damnationem vitandam &c. & B Egidius noster Rom. exponens illud Apostolicum dictum ad Romanos, omnis anima &c. dicit sic, anima ibi accipitur secundum figuram synedochen, pro toto homine, ad ostendam talem obedientiam debere esse ex anima, id est, ex voluntate, & loquitur de Praelatis; quibus obedendum est; ergo multo magis Summo Pontifici, propter unum quodque tale, & illud magis, & sequitur idem Apostolus eodem loco dicens, non est potestas nisi

ad Rō. 6. 13

*partū infra
ad Rō. 6. 13*

*B. Eg. expo
nēs D. Pau
ad Rō. 6. 13*

*Phil. 1. post.
S. 2. tex. 59*

nisi à Deo &c. ergò obediens Papæ, obediunt Deo, & e contra. Vnde ibidem dicit, sicut primus motus est à primo motore: ità, & omnis potestas à Deo est, & meliori modo, & sequitur textus Apostolicus ibidem, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & damnationem sibi acquirit (vt paulo ante dicebamus) hæc autem damnatio non potest sine mortali peccato accidere; ergò quilibet fidelis promptè obedire tenetur eidem summo Pontifici Romano sub ultionis æternæ poenæ. Est tamen Valde aduertendum id, quod dicit ibidem B. Egidius dicens, quod tale dictum Apostolicum potest intelligi primo de damnatione æterna, secundo de temporalī; pro prima adducit exemplum de Dathan, & Abiron, qui cum noluerint obedire Moyfi, descenderunt viuentes in infernum &c pro secunda verò damnatione adducit illud Prou. sicut rugitus: ità, & terrore Regis, à quo occiditur inobediens &c. sequitur ibidem D. Apost. dicens, ideoque necessitati subditi estote, non solum propter iram: sed etiam propter conscientiam: quia dicit ibidem B. Egid recta conscientia Prelationem ordinariam, qua est ordo necessarius, ostendit, & dicitur, & id non sine maxima ratione: eo quia idem B. Egidius super Epist. D. Apost. ad Rom. verb. non enim, quod volo bonum, hoc facio, dicit quādo in aliquo toto plura concurrunt semper totū congruentius denominatur a superiori parte, & cōgruentius dicitur, & totū sit pars superior, quā inferior, vt Papa, qui est

li. nu. c. 16

prou. c. 20

cap. 7.

V
lupe.

superior in Ecclesia, quod ipse facit, dicitur facere
 tota Ecclesia &c. hinc ergo sequitur, quod resistentes
 Papæ inobedienter, & contumaciter, resistunt toti
 Ecclesiæ, & cōsequenter sibi ipsis, cum sint membra
 Ecclesiæ & Papæ, & etiam, quid enim turpius, quam
 contradicere, non solum alijs: sed etiam sibi ipsis re-
 pugnare? & e contra, quid pulchrius, siue melius, quā
 obtemperare ipsi Papæ, & sibi ipsis satisfacere? vnde
 ad rem nostram præclare dicit Ambrosius n̄r Parte-
 nopeus in libro suorū serm. Quadragesimæ, de me-
 re D. Tho. sicut naturalium rerum actiones ex natu-
 ralibus virtutibus procedunt, quatenus agentia hæc
 à superioribus mouentur &c. ita humanæ actio-
 nes, ac voluntariè procedere debent ex superiorum
 voluntatibus, inferiorum voluntates mouentibus,
 & hoc ex vi auctoritatis diuinitus ordinatæ. Ergo
 hoc stante fundamento, necessariò obedire oportet
 Summo Rom. Pastori: secundum quod satis diffusè
 vsq; modo probatum est, & etiam diffusius proba-
 bitur inferius.

Præterea Thadeus n̄r Perusinus super Isaiam Pro-
 phetam, verb. Ecce in die ieiunij vestri &c. de mente
 D. Tho. obedientia præponitur omnibus bonis exte-
 rioribus: ergo plus amanda, & estimanda est, quam
 quodlibet alium bonum temporale, e contrario autē
 faciunt inobedientes, siue contumaces, vnde Dñs n̄r
 Iacobus Valētinus, de mente D. F. Aug. Homo pro-
 pter peccatum perdit modum, ordinem, & finem, &c.
 ita nunc dici potest de inobedientibus recusantibus
 obedire

Amb. Par
 tenop. lib.
 ser. Quad.
 ser. 4. 3.
 Dom.
 D. Tho. 2.
 2. q. 104.
 ar. 1. cor.

Thad. in
 Isa. c. 58.

Iac. valen.
 tract. & so-
 lut. finalis
 q. p. finem

obedire Summo Pontifici idem perdunt modum rectè
 viuendi, ordinem relatiuum ad Summum, & verum
 Pastorem, Patrem principalem, spiritualem & suprè-
 mum Dominum temporalem, & finem tandem eter-
 næ beatitudinis amittunt: quia, qui potestati resi-
 stit, Dei ordinationi resistit, & damnationem sibi ac-
 quirat &c. (vt iam dictum est de mente D. Apost.)
 Quocirca optimè dicit D. P. Aug. dicere dominos fa-
 tuos esse iudicandos: quia, vel copiam sectantes bo-
 norum temporalium, vel inopiam metuentes, amit-
 tunt, eterna, quæ nec dari, nec auferri possunt ab ho-
 minibus &c. & parum infra idem D. P. Aug. sic etiam
 docet, sub modio lucernam ponit, quisquis lumē bo-
 næ doctrinæ commēdit temporibus obscurat, & te-
 git: ita quidem agere videntur quicumque inobedien-
 tes Summo Pontifici, propter bona temporalia tuen-
 da, & conseruanda, tentantes sepè impedire Ecclesia-
 sticam libertatem, ac charitatis actum, vel saltem mo-
 dum charitatis, sub status ratione; cuius Dominus
 scilicet, homo nunquam in eodem statu permanet,
 vnde propter talem statum (si status dici potest) flu-
 entis, seu fugientis vitæ, amittunt sepè eternæ feli-
 citatis statum: arbitantes se suis commodis tem-
 poralibus antiquissimam consuetudinem, ac clari-
 ssimam obscurare, siuè tege red doctrinam, amplectentes
 siuè sequentes perseuerantem contumaciam, con-
 tra quam omnia iura clamant, iuxta commune dictū
 iuris Consultorum, negligentes veram iustitiam,
 de qua rectè dicit B. Simō noster de Cassia, ne igitur
 V. 2. quare.

D. P. Au.
 l. de natur.
 boni

D. P. Au.
 in mat. c. 5.

Iob. c. 14.

B. Simō de
 Cass. li. 11.
 de elig.
 Chr. c. 51.

quæ relentur si pro consumatione iustitiæ; qua stan-
 te, omnia stant, & iniustitia facta, cuncta facta, ordi-
 ne turbato, pereunt, & accipiens illud D. Apost. Non
 est potestas, nisi à Deo &c. qui potestati resistit, Dei
 ordinationi resistit &c. obediunt ergo inobedientes
 humiliantes semetipsos, & maximè perpendentes il-
 lud dictum, memoria æterna dignum, prius quam
 humiliarer, ego deliqui: propterea eloquium tuum
 custodiui. Nam sicut superbia est primum vitium;
 ita humilitas est prima virtus: ita sentit, docetq; D.
 August. dicens, omnium vitiorum caput, est super-
 bia, quæ secundum eundem D. P. August. est primus di-
 uitiarum vermis: sed ipsis superbis totum opposi-
 tum, eius, quod cogitant, accidit. Unde idem D. P.
 August. exponens illud Psalmi, sicut deficit fumus, de-
 ficiant, & sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant pec-
 catores à facie Dei, qui sunt &c. qui fumus defici-
 unt? nisi superbi non confitentes peccata sua sed de-
 fendentes: quia, sicut fumus erigit se, & se versus cœ-
 lum extollit sed quanto superius, eo facilius, eua-
 nescit, & deperit: ita superbus erigit se contra Deū
 &c. D. P. Augustinus exponens illud Psalmi secun-
 di, ne pereatis de via iusta &c. superqi pereunt de
 via iusta, & sic consequenter inobedientes &c. quo-
 niam non apprehendunt disciplinam humiliatis,
 obedientiæ, & iustitiæ &c. & Psalmi 1. 7. quoniam
 populum humilem saluum facies, & oculos super-
 borū humiliabis &c. adeo quod humilis, & obediens,
 hoc ita se fundamēto videtur quasi tutus de propria
 salute, & superbus certus de propria damnatione &c.

ad Rō. c. 13.

Psalm. 118.

D. P. Au.
ser de tēp.
ser 90.
de tēp. ser.
205.de temp.
119.

Psalm. 67.

D. P. Au.
de tēp. ser.
94.

Psalm. 17.

CAPVT QVARTVM.

In quo Auctor sequitur agere de eadem obedientia, nouas adducens rationes.

Dominus Hieronymus noster Scripandus Neapolitanus super Epistola ad Galatas de mente D. P. Augusti dicit. Debemus

Hie. scrip.
in epist. ad
Gal. 9. 10.

Pontificum obseruare leges, vt etiam Ecclesiam in omnibus audiamus, Ecclesiæq; maximam, & grauiissimam tribuamus auctoritatem; aduersus Ecclesiæ decreta; nihil omnino faciamus. Ergo ea his dictis huius sacri Doctoris clarè colligitur, singularis obedientia, ab omnibus, in omnibus præstanda, seu exhibenda S. Matris Ecclesiæ eiusq; principali Capiti, ac Pastori, iusta, & necessaria ad salutem consequendam præcipienti. &c. qua de re ad rem, D. P. Augusti lib. pri. de serm. Dñi in Monte cap. 2. ita dicit neque enim imperare inferioribus potest, nisi superiori ipse se subiiciat.

Præterea B. Albertus noster Parauinus doctor Parisiensis super Matth. verb. iterum dico vobis. &c. dicit, Nunc ponitur origo Ecclesiasticæ potestatis, quæ procedit à Patre cœlesti &c. & parum infra de mente D. Gregorij pariter dicit, vbi sunt ergo, qui Ecclesiæ consuetum audent contemneré, vbi sunt, qui sententias non timent? cuius Ecclesiæ auctoritas à Deo deriuatur in Ecclesiam, quam

D. Alb. par.
eani. in D.
Mat. c. 18.

psal. 17.

quam inhabitat, velut Cœlum, intonuit de Cœlo Dominus &c. Ergo quomodo doctor iste aperte docet obediendum esse Ecclesiæ, capitiq; suo, &c.

Præterea D. P. Augustinus, manifestè docet, necessarium esse obtemperare Ecclesiasticæ potestati, exemplo Theodosij Imperatoris, qui coercitus Ecclesiastica disciplina publicam egit penitentiam, propter gravissimum scelus homicidij perpetratum contra Thessalonicenses &c. cum igitur Imperialis suprema dignitas inter humanas, non sit immnis, & exempta ab obedientia Ecclesiastica, & de facto obedierit eidem Ecclesiasticæ potestati, qua de causa nõ debet obedire eidem S. M. E. & capiti eiusdem iustè, iusta mandanti, ac præcipienti quæcunq; alia inferior dignitas, ac potestas. Quocirca meritò dicitur, contra eosdem cõtemptores, inobedientes, constitue legislatorem super eos, vt sciant gentes: quoniam homines sunt, scilicet inobedientes, vbi D. P. Aug. dicit, constituitur legislator, qualem habere meruerunt, de quo dicitur, constitue &c. at Iacobus noster Valentinus dicit, Constitue, ostende te verum legislatorem, vt cognoscant se esse homines carnales, voluptuosos non obseruantes legem Euangelicam, & consequenter dicere possumus, legem Pontificiam fundatam radicaliter super sacrum Euangeliũ, quod asserit, quæcunq; ligaueris &c. ergo necessarium est obtemperare summo Pontifici legem ferenti, & præcipienti nomine Christi D. N.

Præterea B. Egidius noster Rom probat, Prælatione necessa-

lib. de Civ.
Dei. c. 26.

sing. exēp-

Psal. 9.

Iacob. val.

B. Eg. Rõ.
2. sent. d.
44 q. 1. ar.
2. in corp.

necessariam fuisse in statu innocentiae, & consequenter obedientiam: quia fundamentaliter dicit, Prælatio, seu Principatus est quedam dignitas: sed quod est dignitatis ponendum est in natura integra, videlicet, in statu innocentiae, ergo similiter obedientia, necessaria fuit in eadem statu, multo igitur magis in statu legis gratiae &c. ex eo, quia, ut dicit idem Doctor eodem libro 2. sent. & eodem dist. & quæst. art. 3. obedientia, non solum est virtus: sed est mater, & conservatrix virtutum. Vnde, cum virtutes non sint minus necessariae in hoc presenti statu nostro, quam in illo, sequitur, quod necessario obedire oportet potestatem habenti, &c. quia idem B. Egid. eodem art. dicit, obedientia est inferioris ad superiorem, servi ad domini & inter multa, quae debent servi, seu subditi Dominis suis, debent primo honorem, iuxta illud D. P. Aug. in Regula honore coram vobis Prælati sit vobis. 2. timorem, timore coram Deo &c. & de mente D. Apost. dicentis, quicumque sub iugo servi sunt, dominos suos omni honore dignos arbitretur, & sic ex corde, debet felicitatem optare, non autem secundum apparentiam tantum. 3. debent servi superiorum mandata explere, & hoc est, quod principaliter requiritur: quia iustum est reddere unicuique, quod suum est. Vnde Dominus debet habere subditorum obedientiam. Ergo subditi reddere tenentur Dominis siue Domino tandem: quia obedientia non solum est virtus: sed et est omnis virtus materialiter loquendo, dicit idem B. Egidius eodem articulo. Hinc oprime dicebat D. Apostolus

ad Ti. c. 16

*Pulchr. do
ct. Eg. Rō.*

ad Tim. c. 1

stolus. Finis autem præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, à quibus quidam aberrantes, sæpè conuersi sunt, & conuertuntur in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant: scimus autem quod bona est lex, si quis eadem legitimè vratur, scientes hoc, quod lex iusto non est posita; sed iniustis, & non subditis impijs, & peccatoribus. Ecce igitur quomodo hæc omnia Apostolica documenta optimè clarissimè verificantur de inobedientibus Summo Pontifici, vnà cum suis falsis doctoribus, falsaque dogmata inuenientibus, docentibus, & pertinaciter resistentibus, sæpè, & sæpius pecuniæ pretio ductis, atque avaritiæ vitio ad exemplum Iudæ proditoris ligatis affectis, contra quos, & eundem similes Spiritus sanctus clamat admonens eosdem. Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam: quia nil sceleratius auaro, dicit sapiens. Vnde de facili colligitur quòd pecuniæ, & avaritiæ huiusmodi amatores, sequentes inde prauum exemplum, sunt sui, & sanctæ M. E. proditores, sicut & ipse Iudas filij Dei proditor extitit, habentque ac amant eandem avaritiam, plusquam Deum, veritatis amatorem, atque auctorem; & tales sunt vtiq; quales B. Egid. nri Rom. commemorat de mente D. P. Aug. pecuniam appellantes Iouè, eo quòd eiusdem sunt omnia, quos tamè accerimè, reprehendit, idem D. P. Aug. Deus igitur eorundè mercenariorum est ipsa pecunia, quæ forsitan dicitur, siuè

B. Egid. Rõ.
2. sen. d. 43
q. 2. ar. 2.
in corp.
D. P. Au.
l. 7. de Ci.
Dei, c. 12.

siue appellatur pecunia à peccando : quia de facili peccare facit suos amatores, qui quidem stulti sunt, & stultiores se docent rerum publicarum præfecti, quos rationabiliter Sapiens arguit dicens, Rex insipiens perdet populum suum, & Ciuitates inhabitabuntur per sensus prudentium in manu Dei potestas terræ, & execrabilis omnis gentiū iniquitas, & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam, in manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponent honorem suum &c. & infra eodem cap. reddens rationem perditionis alicuius Regni, dicit, Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, iniurias, & contumelias, & diuersos delos. Hæc autem omnia apertè verificantur de inobedientibus Papæ, qui meritò est summus Rector, de quo dicit supra. Vtilem rectorem suscitabit in tempus. Recogitent ergò: quicumq; inobedientes, & contemptores supremæ potestatis Ecclesiasticæ, qui dum nituntur auferre Summo a se debitam obedientiam, nituntur etiam auferre à se ipsis charitatem, quæ est finis præcepti de qua charitate optimè dicit D. P. August. in Regula, Vt in omnibus, quibus vitur transitoria necessitas, supereminetq; permanet charitas &c. Præterea Franciscus noster Recanatus super verb. si ecclesiam non audierit &c. de mente D. P. Aug. ad fratres in Eremo serm. 7. dicentis, ò sancta obedientia, tu humilitatem nutris, tu patientiam probas, tu mansuetudinem examinas. Estote ergò fratres

X cum

Ecclesiastica
cap. 10.

D. P. Au.
in Reg. ad
P. P. nostr.
Erem.
Franc. Recan.
Cōcio
ne ser. 3. 3
Dom qua-
drag.

cum Abraham obedientes, reddentes quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, tunc verò reddimus Cæsari debitum suum, quando Duliam Prælati nostris reddimus, hæc enim Dulia consistit in reuerentiæ exhibitione, & dilectione: hoc autem non solum facere debemus Pastoribus, sed & sanctis Dei, & tunc reddimus per obedientiam, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, sed tunc reddimus, quæ sunt Dei, Deo, quâdo in patria perseueramus Hæc. n. soli Deo cõtenit, q̄ consistit in oratione &c. Vnde ex hac pulcherrima sententia idem D. P. Aug. colligit necessariũ esse exhibere obedientiã Ecclesię suisq; Pastorib⁹ &c.

*Thad. Ari.
ead. ser. &
serm.*

*D. P. Aug.
ead. ser. ad
frat. in er.*

Præterea Thad. n̄r Locatellus Ariminensis, super idem Saluatoris, si Ecclesiam non audierit, de mente D. P. Aug. dicit, o sancta Dei sponsa obedientia; tu perfecta scala, qua Cœlum ascenditur; tu quadriga quo Helias vectus est in Paradisum; tu porta Paradisi fidelium, & inferni reorum clausura: & sic concludit necessariam esse simpliciter obedientiam Ecclesiæ Prælati, & præcipuè summo Pastori Rom. exhibere &c.

*Tho. Bono.
ser. eiusdē
ser. sup idē
uer. euāg. si
eccl. &c.*

*D. P. Aug.
ser. de tēp.
serm. 72.*

*D. P. Au.
ad frat. in
erem. ser. 7*

Præterea Tho. n̄r Brouinus Bononiensis dicit de mente eiusdem D. P. Aug. serm. de temp. obedientia signum est timoris &c. sic ab opposito inobedientes non timent, ergo contemnunt. & sic optimè concludit cum eodem D. P. Aug. ad fratres in Erem. dicente: o quam enorme vitium, quod obedientiæ contrariatur, per quod Diabolus cœlum perdidit, & homo paradisum amisit. Ne igitur ita nobis accidat
obediē.

obediendum esse Ecclesiae ac capiti eiusdem, omnes admonet &c.

Præterea Marianus Mancinus n̄ Pisarenfis, dicit videlicet; Baptismus filium Dei te fecit, obedientia verò te Christi fratrem constituit, patientia te militem eiusdem Saluatoris destinavit, & charitate illius amicum declaravit, forsàn quia, ut idem dicit in parte secunda eiusdem Concionis, iuxta illud Psal. voluntatem timentium se faciet, &c. & 2. parte 3. Concionis eiusdem libri maximè laudat humilitatem, & obedientiam per dictum Saluatorem dignū; Nisi conuerſi, efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū Cœlorum &c. Ergo Prælati, ac vniuersali Ecclesiae capiti Christi Vicario, oportet obedire sub priuationis pœna regni cœlestis, & æternæ dånationis. Ideò dicitur, si Ecclesiã non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus &c. hinc D. P. Aug. ad fratres in Eremo dicit, Hæc est illa obedientia, quæ concordia seruat in Angelis, pacem nutrit, in Monachis, tranquillitatem generat in Ciuibus. Hęc est illa obedientia, sine qua Respublica stare non potest, sine qua familia aliqua regi non potest &c. Sed hac stante sententia D. P. Aug. quomodo quęcunq; Respublica, seu Status, siue Regnum sine obedientia Summi Pont. Dei Vicarij, stare poterit? & quomodo totius vniuersi familia maxima, præsertim Christiana, regi, & gubernari poterit sine obedientia, maximo Patri Summo Pontifici exhibenda? obedire itaq; necesse est &c. Hinc etiam ad rem Au.

Marian. p̄
saul. suarū
conc. extra
ua. cōc. 13.
Psal. 144.

Mat. c. 18.

D. P. Au.
ad frat. in
ere. ser. 7.

Aurel. lin
naniē. ser.
quad. ser.
3. 2. Dora.

X. 2. relius

in Matth.
c. 23. verb
omnia er-
go quæcū-
q; dixerint
vobis ser-
uate, & fa-
cite.
D. P. Au-
lib. 4. Ciu.
Dei 14. c.
12.
Psal. 78.

relius noster, de mente D. P. Aug. dicit; Neque enim
quicquam male Deus in illo tantę felicitatis Para-
diso crearet, vel plantaret: sed obedientia commen-
data est in præcepto, quæ vitus in creatura natura-
li mater quodammodo est omnium, cultusque vir-
tutum, & Psal. 78. 2. p. concinuit, nihil tam expedit animæ,
quàm obedire, & si expedit animæ obedire in seruo
ut obediat in filio, ut obediat Patri &c. ergo necessa-
riè oïum Patri Sūmo Pontifici obediendū est &c.

CAPVT QVINTVM.

In quo Auctor sequitur agere de eadem materia,
nouas adducens rationes.

Jacob. Phi-
lip. Berg.
lib. 9. sup-
plem Cro-
nic et hist.
Const. ma-
gn. Imper.

Imperator denominatiuè dicitur ab imperando,
& frustra esset imperare, si deesset obedire: sed
Iacobus Philippus noster Bergomēsis dicit in
principio eundem Imperatorem se transtulisse ad
partes orientales, vbi ædificauit, seu restaurauit Cō-
stantinopolim, à suo nomine secundam Romam, iu-
dicans iustum & honestum, caput & Principem Sa-
cerdotum debere esse Imperatorem illius Ciuitatis
Romæ, vbi tanta sanguinis copia sanctorum Mar-
tyrum pro fundamento S. M. E. effusa fuit. Papa igitur
ex dictis huius Doct. vel est Imperator, vel loco
Imperatoris, & præcipuè summi, idest Christi, & sic
eidem obedire necessariò omnes debent.

Alexius
Gen. in 4.
sent. d. 19.
tit. 2.

Præterea Alexius Stradella n̄r Genuensis, dicit in
sua lectura manuscripta, & Romæ habita, de mente

D. P.

D. P. August. ad fratres in Eremo necessariam esse obedientiam superioribus exhibendam, præcipue Summo Pontifici Romano: sicut obediendum est libenter, sic hilariter, & velociter obedientia sine mora esse debet, non enim Deo placet morosa, & disceptatrix, quæ quidem cū præcipitur, quærit cur, quare, quamobrem præcipitur, ergo sequitur idē q̄ supra &c.

Præterea B. Alexander noster à Saxoferrato loco superius allegato, dicit, inter alia necessaria ad dignitatem ecclesiasticam secundam, obedientiam subditorum esse maximè necessariam, dicens de mēte D. P. Aug. ad fratres in Eremo, propter obedientiam aliquando debet bonum, quod agimus, intermitteri, ergo multo magis malum, dicit ipse, ad nutum Summi in Ecclesia Dei capitis intermitteri debet. En ergo obedientiæ maxima necessitas.

Præterea B. Iordanus noster à Saxoniam similiter probat obedientiæ necessitatem per exemplū Christi, ut habetur in Santo Euangelio, in quo idem Saluator orans Patrem dicit, Pater mi, nō sicut ego volo, sed sicut tu, id est non mea, sed tua fiat voluntas, & infra c. 3. propè finem dicit idem B. Iordanus, obedientia est salus omnium fidelium mater virtutum, cælū aperit, hoīesq; ad ipsū extollit. Ergo obediendū est etc.

Præterea Aurelius Filucius nr̄ Pisarenus dicit præparationem ad mortem principaliter consistere in vita virtuosa, secundum rectam regulam rationis, seruando diuina, Ecclesiasticaque præcepta, iuxta illud Saluatoris, Si vis ad vitā ingredi serua mandata

D. P. Aug.
ad Fra. in
er. ser. 40.

B. Alex. &
Saxofer.
D. P. Aug.
ad Frat. in
Erem. c. 5.

B. Iord. lib.
2. de vita
Frat. Ere.
D. P. Aug.
2 cap.
Matth. 16
c.
B. Ior. c. 34

Aurelius
Pisau. lib.
de Consol.
mortis. c.
17.
Mat. 19. 17.

mandata

ser. 14. Dō.
post. Pent.

mandata, scilicet, Dei, & Ecclesię. Ergo necessarium est ex doctrina eiusdem Doctoris non solum diuina obseruare, præcepta sed etiam Ecclesiastica: & sic obedire oportet eidem S. M. E. præcipienti, &c. Vnde idem doctor in sermone 14. distinguens de quadruplici genere seruitutis dicit, Primum genus seruitutis est, quo veri fideles primum Deo, secundo suo Prælaro famulantur: sed quomodo famulari possunt inobedientes, dum inobedientes existunt? ergo obedire debent omnes, omnium Prælatorum Summo Pontifici.

Io. Bapti.
Flor. lib. 3.
Element.
Sac. The.
c. 12.

Præterea Ioan. Bapt. Arrigus n̄ Florentinus sic dicit, obedientia est virtus non simili metu: sed charitatis affectu, voluntatem humanam, diuinę voluntati subiuciendo, conformans, qua inferiores suę voluntatis imperium abnegantes, superiorum, & sublimiorum potestatum meritis, consilijs, præceptis, decretis, ac placitis tacitis, vel expressis, nisi diuinę repugnent. &c. Ergo omnes obedire oportet primo Deo, secundo eiusdem Vicario, deinde alijs potestatibus, nisi præcipiant repugnantia, & contradicentia superiori potestati, nempe diuinę, vel Papali.

Santes. di
monte Re-
gali li. sua.
rū. lect. su-
per Ps. 50.
lect. 4.
Luca. 9. c.

Præterea Sanctes à monte Regali n̄ impropere peccatorum obstinationem, & pertinaciam, pro se adducit illud Saluatoris, nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei: ita modo de inobediētibus dici potest, qui manum ad aratrum obedientiæ Summo Pontifici præstandę, & sæpe retrò respiciunt, obedire recusantes suo pri-

mo

mo, & vero Pastori &c.

Præterea Christophorus n̄ Fonseca Hispanus auctoritate Saluatoris docet, qualiter Deus est verus Pater, & S. M. Est vera mater, at non solum Patri, sed etiam matri filij obedire tenentur: ergo sequitur idem quod supra.

Christoph.
Fonsicali.
de Divino
amore c. 21
Matt. c. 17

Præterea Ludouicus n̄ Lusitanus dicit in rebus omnibus, quæ à Summo Pont. præcipiuntur, summam obedientiam esse præstandam, & præcipuè ubi intercedit arctissimum excommunicationis vinculum maximè timendū: ergo optimū est obedire &c.

Lud. Lusit.
lib. conf.
casum. Greg.
2 in
resp. ad L.
casum.

Præterea Dñs Gregorius Elparésis in suo scripto, manifestè docet obediendum esse summo Pastori habenti acutum Spiritus gladium, auctoritate D. P. Aug. de tempore dicentis, obedientiam esse manifestum perfectionis signum &c. nec fuit religio creditis contraria deuotione obtemperantis. Ergo ab opposito inobedientia erit imperfectionis, & contemptus signum: sed prima potestas non est contemnenda, sed summè honoranda, iuxta illud legale dictum, Contra maiorem nemo præsumat honorem. Ergo Papæ summam habenti potestatem obediendū est &c.

Greg. Elp.
4 sēt dist.
20. art. 1.
in corp.
D. P. Au.
de tēp ser.
72.
Flores legum Ho.
Glos ff de
alie. cumu.
causa facta l. 111.

Præterea ad rem de honore Sacerdotibus, & præcipuè summo sacerdotum exhibendo, refert Angelus n̄ Derthonésis in suo libello bene seruiendi facti Missæ, de mente Marci & Maruli referentis Constantinum magnum Imperatorem post baptismum ab ipso susceptum ædictum fecisse per legem vniuersalem, & perpetuam, vt plus honoraretur qui libet Sacer.

Angelus
Derthon.
Marcus
Marulus li 3.

Sacerdos quocunq; alio homine, etiam in quacunq; dignitate terrena constituto, etiam Rege, & Imperatore, cum certum sit Christum in Sacerdotibus honorari, locum eiusdem tenentibus de mente Ioh. Gersoni dicentis, Sacerdotem sacerdotalibus vestibus indutum fungi Christi officio: & de Theodosio Imperatore, qui aliquando post diem Pascatis Mediolani intrans Ecclesiam, introiit etiã in Chorum, vbi statim audiuit vocem D. Ambrosij sibi dicentis, illum nõ esse locum purpura indutorum, sed Sacerdotum: quo audito idẽ Imperator, illico obedienter, & reuerenter ab eodem choro exiuit, & idem Angelus eodem loco, & capite refert etiam secundum Historiam Scholasticam qualiter cum Alexander magnus Imperator etiam Gentilis totam iam occupasset Græciam, & Summus Sacerdos volens iter agere versus Ciuitatem Hierusalem, timeret sibi aliquo pacto iter impeditum, hinc Deum pro se, & pro populo orans exauditus fuit, & sibi Deus apparẽs dixit, ne timeret sed se ipsum indueret veste Pontificali, ac Sacerdotali, absque timore aliquo populo associatus obuiaret eidẽ Imperatori, sicuti fecit. Vnde Imperator videns eundem Summum Sacerdotem, statim ab equo descendit, & eundem Summum Sacerdotem, maxima reuerentia, & honore honorauit. Ex quo Curia Imperialis, & eiusdem milites maximẽ admirati eidem Imperatori dixerunt, cur hæc fuisset, quibus ipse respondit, se non honorasse illum simplicem hominẽ

sed

sed eum, cuius principatum, & locum tenebat, nempe Deum, & sic clarè patet ex dictis & exemplis huius Doctoris qualiter Sacerdotes honorandi, & obediendi sint, & præcipuè summus Sacerdos. Ergo sequitur idem, quod supra.

Præterea Dominus Hippolitus noster Fabranus loco superius allegato, nempe fer. 3. 3. Domen. Quadrag. verb. si Ecclesiam non audierit &c. de mente D. P. Aug. dicentis, Benedixit ergo Deus filios Ionadab propter obedientiam, &c. ergo uberrimus obedientia fructus est Dei benedictio, ergo à simili, ut benedictionem omnes accipiant, omnes obedire debent Papæ, tanquam Dei Vicario habenti potestatem benedicendi, & etiam maledicendi inobediētes.

Præterea Iacobus noster Corritanus idem expressè asserit auctoritate eiusdem D. P. Aug. dicentis, nihil enim tam expedit animæ quam obedire, ergo, &c.

Præterea Ioannes Maria noster Concordiensis loco ubi supra, dicit de mente eiusdem D. P. Aug. dicentis, expertus ergo malum, postea saltem obtemperet medici præceptis, ut surgat, qui noluit credere medico, ut non egrotaret: nam & satis bonus, & fidelis medicus dat præceptum, ne sit illis necessarius, non enim sanis est necessarius sed male habentibus: boni autem amici medici, qui nolunt suam vendere artem, & plus gaudent ad sanos, quam ad ægrotos, dāt quædam præcepta sanis, quæ observando in ægitudine non cadunt; porro autē

Y illi

D. Hippo-
litus Fa-
branus.

D. P. Aug.
in Ps. 70.

Iacob Cor-

rit ead fer

& loco su

pr. allegat

D. P. Aug.

in Ps. 70.

Cōc 2 p. 2

Io Maria

Conc.

D. P. Aug.

in Ps. 70.

Cōc. 2. p. 2

illi si praecepta contempserint, & in egritudinem incidierint, supplicat medico, quem sanè contempserunt, rogante grati &c. ergo à simili quicumque subditi obtemperare debent Summo Pontifici tanquàm principali medico, existenti loco Dei.

Marci. Bo
non. D. P.
Aug. Ps.
70.

Præterea Marcus Lanzoni noster Bononiensis ubi supra eadem ser. 3. de mente eiusdem D. P. Aug. dicit, Sola obedientia tenet palmam, & sola inobedientia inuenit pœnâ, ergo sequitur idè & supra &c.

Mich. Salô.
li. de iust.
& iure q.
58. ar. 12.
controu. 4.

Præterea Michael noster Salon Hispanus, dicit, de mente D. Thom. Aquinatis dicentis, Obedere superiori, est ius suum sibi reddere, & obedientia quæ boni obediunt, fundatur in iustitia, ergo sequitur idem quod supra.

Ser. 3. An.
nunc. Ser.
& de verb.
Do.

Præterea D. P. Aug. ser. de Annunciatione dicit, Obedientia sanat, quod inobedientia corrumpit ergo &c. & de Verbis Domini secundum Mattheum itidem dicit, Si aliquid iusserit Curator, nõ ne faciendum est? tamen si contrà Proconsul iubeat, non utique contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire. At maximus Curatorum est Summus Pontifex ergo eidem maximè obediendum est.

B. Thom.
de Villano
na lib. Con
cion. Dom.
3. adm.

Præterea B. Thomas noster de Villa noua dicit, Reueramur, fratres, Prælatos, & honoremus ipsos, ac illis obediamus, qui ad tantum periculum animas suas pro nobis exposuerunt, obedite (inquit) D. Apostolus Prepositis vestris &c. sed Papa est maximus omnium Prælatorum, ergo &c.

Præterea Petrus noster de Valderama Hispanus
in

in suo essercitio similiter colligit, ac magnopere laudat obedientiam præstandam esse Ecclesiæ Prælati ex dictis Saluatoris dicentis, Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite, & parum infra accipit illud D. Apostoli, Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem &c cui quidem obediendum est &c. Hinc ad rem idem D. Apost. Ut id ipsum dicatis omnes, & nō sint in vobis schismata &c. ergo sequitur idem quod supra.

Præterea Iacobus Valdius noster in suis tabulis docet Deum aliquando liberaturum esse Ecclesiā suam ab Hæreticis, & scismaticis &c. si tamen, quod ouium est, præstent fideles, hoc est obtemperent rectè imperantibus Pastoribus, & ita asserit Dom. Palmarum not. 2. & fer 4 &c. ergo obediendum est &c. Quia etiam Ioannes à Sancto Geminiano Ord. Prædicatorum lib. 8. exemplorum c. 49. dicit quod obedientia non respicit præcipiētis sanctitatem, sed auctoritatem, quam quidem proculdubio in summo habet Summus Pont. Qua de re Dominus Iacobus noster Valen. Pf 81. vers. vlt. concl. 5. optimè dicit nimirum semper standum esse correctioni, & determinationi Ecclesiæ Romanæ &c.

Petrus
valderam.
fer 3 do. 2
quadrag.
matt c. 13
D. Apost.
1. ad tit.
D. Apost.
2. ad Cor.
c. 10. & 1
ad Cor. c. 5

Iacob. Val.
deus dom.
4 quadrag.
not. 2.

CAPVT SEXTVM.

In quo Auctor sequitur agere de eadem obedientia
nouas adducens rationes.

Dominus Bartholomeus noster Vrbinensis,
de mente eiusdem D. P. Aug. dicentis, Papæ èt
Y 2. malo

Bart. Urb.

Barth. Vr
bin in mil
leloq. S. P.

Aug. Xer.
Tapa.

D. P. Ag.
in ep. 165.

D. P. Ag.
li. 8. in Ge.

nes ad lit.
teram.

In mille-
lo. D. Am.

brosij verb.
imperator.

in ep. 29.
luca. c. 10.

Matth. c. 10.

Dist. 62.
cap. mira-

mur.

Dist. 19, c.
H. sic.

Barth Tal
lamellensis.

malo obediendum est &c. & idem Bartholomæus eodem lib. verb. obedientia de mente eiusdem D. P. Aug. dicentis, Singulare exemplum obedientiæ in Christo, quippè qui non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius, à quo missus est &c. & idem Bartholomæus in milleloquio D. Ambrosij, de mente eiusdem D. Ambrosij, Imperator Audire, & exaudire debet. Sacerdotes, idest eisdem obedire: quia Saluator inquit, qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui me misit, & per alia verba, qui recipit vos, me recipit, & qui recipit me, recipit eum qui me misit &c. ergo ut Christum recipiamus, superest ut ipsi, & suo Vicario obediamus.

Præterea i. p. Decretorum habetur hæc clarissima sententia. Integritas præsidetium, salus est subditorum, & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Et eadem parte, omnes sanctiones Apostolicæ Sedis accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuina voce Patris firmatæ, & ex Cōcilio Caroli Imperatoris. Tollerandū est iugum, quod à Sede Sancta imponitur, licet in tollerabile videatur, & in memoriam &c. & eadem parte eodem capite, de mente D. Gregorij. A Pontificalibus sit alienus officijs, qui Apostolicis nō vult obedire præceptis &c.

Præterea Dominus Bartholomæus Githæus Talamellensis in suo libello ad Rempub. Venet. manu scripto in responsione ad 1. 2. propositionem, ubi diffusè agit de obedientia Summo Pontifici exhibenda.

da.

Et inter multa dicit, subditos de iure diuino teneri obedire suo Principi, dum modo preceptum Principis non militet contra Deum, & Papam eiusdem Vicarium &c. ergo primo loco obediendum est Papae &c.

Præterea Aloysius noster Bariola Mediolanensis ex Comento 7. in Directorium Inquisitorum, optime dicit obediendum esse Ecclesie mandatis &c. ergo obediendum est Summo Pontifici: eo magis, quia de mente D. P. Au. habemus, Vince diabolum, & coronam habebis, &c. sed Diabolus vincitur per obedientiam, sicut & ipse nos vincit per inobedientiam, quæ exerceri debet à nobis apud Summum Pontificem, nedum quoad spiritualia, verum etiam quoad temporalia, siue corporalia, quia, vt dicit B. Aug. noster Anthonitanus, Papa per potestatem Clauis præest spiritualibus, & corporalibus: ergo eidem Summo Pontifici utroque modo obedire tenemur.

Præterea Ferdinandus Peralta noster Hispanus dicit, Velox & prompta obedientia gratissima semper Deo extitit; vnde isti Apostoli prima voce à Christo vocati, Relictis omnibus, secuti sunt eum, & idem ser. 3. Epiphaniæ dicit, O res admirabilis, & admiratione plena, quod Reges ita potentes vnico signo, & nutu Deo obediât: ergo clarè apparet quomodo et Summo Pontifici vnusquisq. obedire debet.

Præterea Laurentius n. Rauennas in suis sermonibus scripturalibus, summè laudat ipsius Abrahamæ obedientiam, ex quo Deo promptè fuit obediens circa filij sui oblationem &c. & idem eadem p. prima

*Aloysius
Bariol. in
Com. 7. Di-
ret. Inq.
D. P. Aug.
in ps. 64.
Ven. Bene-
dices Coro-
na.
lib. de pos.
Eccl. 9. 30.
art. 29.*

*Ferd. p. Per-
alta l. cõc.
Dom. Ad-
uen. ser. 29.
D. And.*

*Laurent. Rau-
ennas ser. script.
p. 1. c. 1. ex
sacra Gen.
6. 22.*

1 Reg. 6. 7

c. 2. dicit, Deus semper fauet, & amat actiones humiles, exemplo ipsius Saul Cis filius, qui quamuis ciues, ac nobilis, ætatis annorum quadraginta suas perditas quærebat animas, ex quo actu humili præcepit Samuelli, vt ipsum vngeret in primum Regē Isdrael, &c. & idem eadem p. 1. c. 2. satis laudat abnegationem propriæ voluntatis, de virga proiecta in terra, quæ versa fuit in colubrum, ita vt Moyfes fugeret, &c. ita propria voluntas dum est in manu Prælati, efficit opera vtilia, sed posita in terra pectoris nostri vertitur in serpentem &c.

Exod. c. 4.

D. P. Ag.

lib vnico

de obed. et

bum to. 9.

luca c. 10

eccles c. 4.

D. P. Ag.

in Ps. 77.

Ser. cõuer

si sunt in

die belli.

Præterea D. P. Aug. post multa dicit, hoc totum quare dico? vt obedientiam exhibeamus patribus nostris. Qui patribus non obsequitur, Deo non obsequitur, qui vos contemnit, me contemnit, &c. & Ecclesiast. Er eristu, velut filius altissimi obediens, & miserabitur tui Deus, magis quam mater, ergo propter hæc omnia conueniens est obedire, eo magis quia idem P. Aug. dicit. Quia promissionem obedientiæ non au iicio sed tentatio probat &c.

Greg Ar.

2 sent dist

34 q. 1. ar

2. circa fi-

nem

Apost. ad

Rom. Ap.

74.

Præterea Gregorius noster Ariminensis, distinguens de duplici, indicatiua, & imperatiua, primam legem dicit esse, cum indicat quid agendum, secundam verò, cum indicat quid vitandum: de prima dicitur in Decalogo, Vnum cole Deum &c. de secunda verò ad Romanos c. 5 Qui talia agunt, digni sunt morte; & Psal. Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Ita propriè, supple, lex dicitur, qua superior aliquid imperat inferiori &c. At Pontifex proculdubio

bio est superior omnibus, vti probatū est, ergo &c.
 Hinc ad rem legimus inter Decreta Anastasij Pa-
 pæ anno Domini 495. Decreto 4, qualiter Impera-
 tor parere debet monitis Apostolicis &c. modo sic
 à maiori ad minus; ergo multo magis ceteri Princi-
 pes, & fideles quicunque sint, parere debent eidem
 Summo Romano Pontifici. Et inter decreta Nico-
 lai Papæ Primi Anno Domini 862. Si quis dogma-
 ta, mandata, inter dicta, sanctiones, vel decreta pro
 Catholica fide, vel Ecclesiastica disciplina, pro cor-
 rectione imminentium, & futurorum malorum à
 Sedis Apostolicæ Præsule salubriter promulgata cō-
 temperit, anathema sit: ergo sub pœna anathema-
 tis omnes obedire tenentur vt supra &c.

Ex sum-
ma Cœcl.

Præterea Antonius noster Myricius Derthonen-
 sis in suo Confessoriorum dilucidario dicit, Hereti-
 cos, scismaticos, & eorum fautores, & defensores es-
 se, qui ab Apostolicæ Sedis obediētia recedunt etc.
 & Michael noster Durazinus emporiensis sic di-
 cit, secundo debemus transireq; Bethaniam, quæ est
 Domus obediētiæ, obediendo mandatis Dei, et Ec-
 clesiæ, iuxta illud Saluatoris. Si vis ad vitam ingre-
 di, serua mandata &c.

Antonius
Derth. in
Dilucid.
Conf pag.
84.
Michael
Duraz
lib. ser ad
uēt. Domi-
ni. & Qua-
drag. dom.
palma.

Præterea D. Gregorius loquens de Saule, quem
 Samuel vnxit in Regem, dicit sic; Nam quia Deo o-
 bedire postea noluit, à Samuele audiuit. Quia proie-
 cisti sermonem Domini, proiecit te Dominus, ne sis
 Rex &c. & sic depositio eiusdem Saulis à Regno
 ortum habuit ab inobediētia, ergo &c. quapro-
 pter

Matt. 19.
cap.
D. Greg.
1. Reg. 6.
10. lib. 4.
c. 5.

D.P. Au.
li. de vera
Relig.

Obiectio ca
sita.
Responsio
ad eandem

B. Egi Ro.
quod 9.6

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

lib. 1. c. 10

pter multum omnibus prodesse debet sanum D. P. Aug. consilium, dicentis. Nam ita etiam nostra supplicia diuina prouidentia moderata sunt, vt in hoc corpore corruptibili ad iustitiam tēdere liceret, & deposita omni superbia, vni Deo vero collum subdere, nihil de se ipso fidere, illi vni se regendum, tuendumque committere: sed ex hac D. P. Aug. doctrina quis posset dubitare dicens, ergo si Deo vni obedire debemus; non ergo Papę. Huic breuiter dicendum est, Diuum Patrem Augustinum non apposuisse definitionem exclusiuam, videlicet solum, tantum, vel solummodo, immo obediētes ipsi Papę obediunt et ipsi Deo Papam constituenti. Quamobrem B. Egidius noster Rom. in corpore articuli glosans illud Philosophi r. Poster. Propter vnum quodque tale, & illud magis, respondet à simili dicens. Qui enim conclusiones scit per principia, in eo maior est notitia, quàm si sciret solum principia. Nam qui scit conclusiones per principia: scit conclusiones, & principia: & magis scit principia, quàm conclusiones: sed qui scit principia tantum, scit solum principia Sic & in proposito, qui solū seruit homini propter Deū se subijcit homini, & Deo &c. & in responsione ad argumentum in contrarium propter quod &c. dicit, verum esse cum exclusionē: vt si scimus conclusiones propter principia, ipsa cognitio cōclusionis secundum se, vt est aliquid præter cognitionem principiorum, non est tanta cognitio, quanta est cognitio principiorum: sed vt vnum includit aliud non oppor-

oportet, immò est è contrario, scire enim conclusiones, & principia est plus scire, quàm scire principia tantum, plus enim est scire propositiones geometricas, & perspectivias simul, quàm scire perspectivias solum fundatas super geometricas, &c. & sic obedire Papæ propter Deum est plus obedire, & servire Deo, ergo &c.

Præterea Thomas Talamellensis eiusdem opusculi Collector, dicit de mente D. Patris Aug. dicitis, Maiorem certè noli offendere, hæc tibi regula proponitur, nonnè manifestum, cū minimè offendendū qui maior est ceteris? Et parum supra time prorsus ne offendas maiorè, & non offendis Deum: at summus Pontifex ceteris est maior: ergo per subditorum inobedientiam minimè est offendendus, sed omni sedulitate eidem parendum est: eo magis, quia idem D. P. Aug. in exposit. Epistolæ D. Io. Euang. dicit; Extende charitatem per totum orbè, si vis Christum amare, quia membra Christi per orbem iacent; si amas partem, diuinus es; si diuinus es, in corpore non es; si in corpore non es, sub capite non es &c. et eo magis, quia dicit idè D. P. Aug. versà mandatis tuis intellexi, addidit sèper: quia est custodienda obedientia, vt percipiatur sapientia: & percepta sapientia, non est deferenda obedientia &c. & Cassiodorus eodem Psal. & Ver. Portio mea, dixi custodire legem tuam, dicit Portionem apertè, illius enim partis sumus, cuius voluntati obedimus &c. Quo circa cum omnes christiani non debeant

Thom. Tal
la Auctor
D. P. Aug.
g. li. de uer
b. Domini
2. Matth.
ser. 6.

D. P. Aug.
D. Io. E-
uang cap.
vlt.

D. P. Aug.
Ps. 118.

Cassiodor.

Sap. 6.

marci ca.
33.

2. Cor. 6.8

à suo capite esse diuisi; immò debent esse vni suo capiti, vt sint partes Christi, & eiusdem Vicarij, & sic ambobus obedire necesse est: & ratio augetur, quia secundum Solomonem, Reges, & Principes sunt ministri Regni Dei &c. ergo non sunt Domini absoluti, & sic de iure, & æquo tenentur obedire Principali Dei ministro Summo Pontifici Romano, cui obedire, est mereri, & è contrario est maxime demereri, &c. qua de re Saluator noster inquit, Sicut homo, qui peregrè profectus, reliquit Domum suam, & dedit seruis suis potestatem operis, & Ianitori præcepit, vt vigilet &c. Sed iste homo peregrè profectus meritò dici potest Redemptor noster, qui seruis suis Apostolis, & successoribus dedit potestatem operis salutaris, siue salutis, & Ianitori Petro præcepit vt vigilet circa ea, quæ sunt nobis necessaria, siue vtilia, vt est obedire &c. & Ioannis cap. 14. Saluator dicit, Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea &c. ergo eadem non seruantes in odio manent &c. & D. Apost. ad rem optimè dicit, Hoc enim vobis vtile est, qui non solum facere sed & velle cœpistis ab anno priore. Nunc verò, & facto perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi, ex eo quo habetis. Sic enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet: ergo ex his Apostolicis dictis non solum circa obedientiam est necessaria animi promptitudo, sed etiam operis perfectio, & executio &c. Conclu-

cludamus igitur præsentem tractatum, idemq; Caput vnà cum B. Aug. nostro Anconitano dicente ex primo Regum c. 4, idolatriam esse, superiori non obedire: ex quo dicto seu sententia sequitur, quod inobedientes, seu rebelles, nec non & contumaces recusantes obedire Summo totius mundi Præsuli, sunt Idolatre, & sic militant contra primum Sacri Decalogi Decretum &c. sicque nedum melius verum etiam optimum erit semper obedire eidem Summo Romano Pontifici. Quod faxit Deus &c.

B. Aug.
Anc. li. de
pot. Eccl.
q. 48. ar. 4
ad ult. arg.

I N C I P I T

QVARTVS TRACTATVS

Rationalis vtriusq; Ecclesiastica potestatis, In quo agitur de Penis, quibus idem Summus Pontifex utitur, siue uti solet. Caput 1.

Quoniam ea est relatiuorum natura, vt posito eorum altero, ponatur & reliquum, secundum Philippum, & secundum sacros Theologos passim in Sacra Theologia: qua de re cum culpa, & poena, sic se habeant, cum sit noxę vindicta secundum Iurisconsultos, non erit mirum, si ad positionem culpæ ponatur & poena, de quibus dicit D. P. Aug. Omnis poena iusta est, & pro aliquo impenditur peccato: & lib. ottuaginta trium questionum, Deus nullam cuiquam immeritò finit infligi poenam, & penę meritum peccatum est, idcirco

phil. in l.
ad aliquid
l. aliud ff.
de reg. iur.

D. p. Aug.
lib. 3 de
lib. arbit.
q. 24.

Z 2 B. Egid.